

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[15-16\] : De Neptuno](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [15-16] : De Neptuno

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[15-16\] : De Neptuno](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 08 : De Neptuno](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[15-16\] : Neptun](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[15-16\] : Neptun](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination292r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Neptune](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Neptuno Physicè.

NEPTVNVS Iouis frater elemētum aquæ creditus est. At aliquando tamē vis diuina per aquam diffusa, quæ totam molem à corruptione præseruat; quam animam mundi nonnulli vocarunt. Sic enim non modo mutuum elementorum inter se mutationem, & ex his generationem animalium significabant, sed etiam omnia diuina prouidentia gubernari, & Deū ipsum esse rerum omnium semper & vbiq; artificē. Hæc vis diuina in æthere Iupiter, in aqua Neptunus, in aere Iuno dicitur. Huius Dei educatio facillimū esse ad motus aquarum elementum indicat, ac maris perturbationem; quod etiam testatur id victimarum genus. At nunc Ethicè.

Enimvero cum omnia fiant diuina prouidentia, nos admonuerunt antiqui per preces Thesei, quibus mortem Hippolyti à Neptuno impetrauit, nihil proprium à Diis esse optandum, sed quæ conferant tantum: cum multi sibi calamitosa sæpius postulauerint. Cum pulsus sit de cælo & Laomedonti seruire coactus sit, fortunæ inconstantiam proponebant ante oculos; cū nullus sit tam sublimis ac felix status viri improbi, qui non possit facile labefactari. Postea multas calamitates Neptunus Laomedonti immisit ob neglectam religionem, quare significatur Dei cultum sine maximis calamitatibus non posse prætermitti. Quis enim omnium bonorum autorem Deum, omniumque parentem neglexerit, ac non merito in omnes calamitates prolabetur? qui vero probè sanctèque vixerit, & Deum piè coluerit, hic vnus placatum Deum in omne tempus habere poterit. Hæc fuerunt legitimæ harum fabularum sententiæ.

De Plutone.

PLVTO patre Saturno Iouis, Neptuniq; & Iunonis frater & ipse natus est, post cælum nimirum ab ipso mundi opifice Deo vnâ cum cæteris elementis creatus. Hic terra esse creditur, & omnium diuitiarum Deus, cuius pax alumna, quod omnium diuitiarum vbertas è terra proueniat, quam pax alit. Hic idcirco mortuorum est Deus, quod omnia quæ moriuntur in sua principia soluantur, atque in terrâ manifestius. Sic ostendebantur in ea solui vnumquodque corpus, quibus à natura compositum fuit. Quod autem Pluto terra sit, declarat Proserpinæ fabula; quam rapuit illa de causa Pluto sub terrâ, quia radices primū plantarū inferius, deinde superius excrefcunt: si modo apud Plutonem, modo apud Iouem est Proserpina. At Ethicè.

Per hæc ipsa signimenta rursus ad vitæ tranquillitatem nos hortabantur; quod breuis sit diuitiarum fructio, cum diuturnis laboribus comparentur. Tum demonstribant illi opus esse nullam turpitudinem, nullumque dedecus vereri, qui diues esse cupiat, quod idem est atque esse sceleratum. Nam quæ equi Plutonem vehabant? Alastor perniciosus, Orphneus obscurus, Nycteus nocturnus, Aethon ardens; quod crudelitas, & omnis equitatis obliuio, & recti insectia diuitiarum desiderium consequuntur, à quibus vehitur.

De Pluto.

CVM vero animus hominum neque possit quiescere, neque vtiliter id fecerit